

colun? de eius etia
cedo p picius: ut a
annua solentate la
martyr: tu a
Eus qui nos
ficus. Sicut ut palm
Stephani pape et
quos prophedo lo
participatione reco
quoru memoriam
quimus omnipote
pianus. p. **Alia cor**
gerim? certa redem
nosse: ut quod pia
mine questum do
precioso sanguinis
Complendo. O orp
Retatio de apst
fidum crecat 2 ga
tractamus: quibus
martyru honore de
Q omnia domine m
nos semp 2 mima
O blati tibi sacrifi

de apostolis. **L**ollera.
Iam scio. **P**ertorum k yrieleto.
Ho vincula sancti petri offic.
Ista desideria compleantur. p.
hery 2 vicia nostra purgent: 2
hant domine operatione my
Desunt in meralia. **L**ob. **P**er
Lom.
ricorde dona cocillet. p.
tatis ad soluat: 2 tue nobis mite
rimus: 2 vincula nostre prau
rim naturalia recedentes offe
domine quam sanctorum tuo
deus. **S**ect. **H**o fha hec quam
persequitur. **H**er. **A**brabalis
descendens ielus. **M**el. **L**um
Zilleua. x. Sicut aut. **E**uangel.
fol. dm. 230. **S**olozius deus.
Epta. **S**piritus agere debem?
habebis habere. **P**er dominu
ab omnibus merentur aduer
tuoru intercedentib? meritis:
veniam peccator: 2 ut sanctoru
comitib: da famulis tuis iuoru
venendi copiosam mun? **S**re
C...



Fragment of a manuscript page with a large blank area and some faint, illegible text. The page shows signs of age, including a tear on the left edge and some foxing.

Fragment of text from an adjacent page, including the word "Capitulum" and some numbers.

Fragment of text from an adjacent page, including the word "Capitulum" and some numbers.

Ab. 9.

Ab. 9.

Deus qui scitis tuos abdon **Evangelium**



DISCURSUS

Jani Vicostadii,

Pro trium legum naturalium

*κατὰ πᾶσι,**καθ' αὐτὸ,**καθόλα πρῶτον,*

usu solis demonstrationibus idoneo

contra abusum,

non tantum primis scientiarum axiomatis, sed etiam propriis artium documentis imperatum

à

bruta tyrannide Catholici artium dictatoris,

τῷ ἀπόδειξιν ignorantis Professoris Regii,

et

frustrà tentatum à cæteris

FALSÆ VERITATIS,

INIQUÆ IUSTICIÆ,

NOVÆq; SAPIENTIÆ

præstigiatoribus.

Celsus lib. 3. Dig.

Impossibiliuni nulla obligatio est.

VITEBERGÆ

Typis Cratonianis, per Ioh. Gorman.

Anno clō 10 VII.

Disquisitiones
Compendiosae de
BARTHOLOMAEO RENZANO
Professore
Vetus Philologiae
L. 1. de
L. 2. de
L. 3. de
L. 4. de
L. 5. de
L. 6. de
L. 7. de
L. 8. de
L. 9. de
L. 10. de
L. 11. de
L. 12. de
L. 13. de
L. 14. de
L. 15. de
L. 16. de
L. 17. de
L. 18. de
L. 19. de
L. 20. de
L. 21. de
L. 22. de
L. 23. de
L. 24. de
L. 25. de
L. 26. de
L. 27. de
L. 28. de
L. 29. de
L. 30. de
L. 31. de
L. 32. de
L. 33. de
L. 34. de
L. 35. de
L. 36. de
L. 37. de
L. 38. de
L. 39. de
L. 40. de
L. 41. de
L. 42. de
L. 43. de
L. 44. de
L. 45. de
L. 46. de
L. 47. de
L. 48. de
L. 49. de
L. 50. de
L. 51. de
L. 52. de
L. 53. de
L. 54. de
L. 55. de
L. 56. de
L. 57. de
L. 58. de
L. 59. de
L. 60. de
L. 61. de
L. 62. de
L. 63. de
L. 64. de
L. 65. de
L. 66. de
L. 67. de
L. 68. de
L. 69. de
L. 70. de
L. 71. de
L. 72. de
L. 73. de
L. 74. de
L. 75. de
L. 76. de
L. 77. de
L. 78. de
L. 79. de
L. 80. de
L. 81. de
L. 82. de
L. 83. de
L. 84. de
L. 85. de
L. 86. de
L. 87. de
L. 88. de
L. 89. de
L. 90. de
L. 91. de
L. 92. de
L. 93. de
L. 94. de
L. 95. de
L. 96. de
L. 97. de
L. 98. de
L. 99. de
L. 100. de



Discursus Philosophici

Contra Novatores, & Abusores legum *κατὰ παντός,*
καθ' ἅλλο, καθόλα πρώτον, artium corruptores
publica intimatio

à

Magnifico viro,

BARTHOLOMÆO--REVSNERO

Professore, & Rectore

Uitebergensis Academiae facta.



Vantus Philosophus, quàm ingenio-
sus, industrius, ac solers fuerit Aristoteles; si
divina ejus monumenta non loquerentur, at
clamarent ac testarentur passim celeberrimi
quique scriptores. M. Tullius ipsum agnovit
autorem optimum, ingenio summo ac penè
divino, in Philosophia propè singularem, quippe qui acie in-
genii omnium rerum vim ac naturas viderit, nemini, excepto
Platone, secundus: Plinius summum in omni doctrina præ-
dicat: Columella callentissimum rerum naturæ laudat: Au-
gustinus excellentis ingenii, ac præclarâ famâ excellentem
celebrat. Atque hæc quidem erat fama summi ac penè unici
Philosophi tum, cum & docti intelligenter, & candidi honestè
judicarent: at verò postquam successit natio audax, temera-
ria, ac proterva, & stagirito mastix ille Gallus in suo sterquili-
nio vociferari, cælumque terræ miscere cepit: ecce tibi lu-
minibus veritatis humanæ officii, ignaviæ latibulum quæri,
compendiis via ad ruditatem sterni, germanæ denique Philo-
sophiæ studia omnia:

A 2

In

In pejus ruere, ac retrò sublapsa referri.

Et profectò, nisi infelicis istius arboris rami ad unum omnes
refecentur, periculum est, ne melior & exquisitior doctrinæ
ratio brevi ad interitum veniat. Quò magis excitari benè nata
atque educata ingenia, & in Aristotelicæ Philosophiæ tum co-
gnitionem tum assertionem omni studio ac toto mentis impe-
tu incumbere par est.

Quo instituto atque animo cum honestus & eruditus vir
I A N U S V I C O S T A D I U S, optimarum artium Ma-
gister non è multis, & juris utriusque studiosus inter præcipu-
os, orationem conscripserit contra istos artium perversores,
qui sub veritatis, justitiæ, ac sapientiæ titulis singula quarum-
libet artium documenta conformari volunt ad leges apodi-
cticas, κατὰ πάντος, κατ' ἀπο, κατὰ νόμους κερών, eamque horâ se-
cundâ pomeridianâ pronuciare in publico constituerit: bo-
num factum fore existimamus, si ad eam auscultandam stu-
diosi operam frequentem, attentam ac benevolam attulerint.
Propositum die 26. Maii, anno ab orbe redempto M. D. C. VII.
ab **A D A M O S I B E R O** scripta.

*Salicetus in repetit. l. quod te D. si cert. pet. reprehendit eos,
qui negligunt regulares, & caput implent casibus singularibus
& peregrinis; & subdit singulariter, quòd ignorare leges regula-
res & communes sit lata culpa: sed non ignorare leges singulares
& exorbitantes. Everb. top. ab exc. ad R. n. 12.*

VI. Kal. Iun. cum perendiè IV. Kal. Iun. circa
octavam manè obiit

D. GEORG. MYLIUS.

ORATIO

ORATIO

Memoriter recitata, neq;
in Aristotelis ἀρετῶν ἀμωρεμ, neque Rami
ἀρετῶν ὀδιμ; sed in gratiam eorum edita, qui inte-
gritati non minùs atque veritati litârunt: sed & ta-
lium autori, tuitori, & beatorî consecrata
DEO longè potentissimo.

HTSI IN SVBLIMI DICEN DI
muncre parum, imò ferè nil exercitati su-
mus genus hoc studentium literis, qui præ-
fractis disputationum, at hodie frequen-
tes nimium sunt, altercationibus magis,
quàm gravibus orationibus assueti, de
frivolis vitiligando sæpè non plus, quàm molestissimam
optimorum auditorum indignationem meritò consequimur;
in placidis tamen, industrijs, & serijs rerum præstantiorum
dissertationibus, tum verò maximè in perorationibus per-
multum utilitatis situm esse, verbis factisq; testis est Latina
parens Eloquentiæ. Nos cum obstinatis aliquando sophi-
stis, qui vel ὀγκωσ ὀδῆ τῆς ὀυροφωτιῶς jurati, non tamen à
cavillis sibi temperent, operam demus, si quando fabulis, i-
mò sapius nugis, in quibus est dispendii plus, quàm emolu-
menti auscultandum putamus; quanto magis huic narra-
tioni, cui dedit occasionem deploranda discordium schola-
rum miseria, pro regio titulo sub invictò clypeo, nuper ex in-
fernali lacu, velut orci galæa in lucem extracta horam tri-
buendam ducimus? quæ relatio si fabulæ comparatur, si vi-
lior somnio, non nemini aestimetur, eo tamen erit jucundior
auditu, quo brevior, eo gratior & acceptior quo utilior, tan-

Lib. 11. de
demonstrat.

to utilior, quanto magis necessaria cognitu, praesertim eis, si
qui à sinistris Musis dementati tenentur. Tanti momenti,
ut iudico, res est, ut exili meae tenuitati diffusus, dicenda
causa dignitatem, difficultatem, & ampli:udinem principi-
bus rei literaria nostris committere consultius arbitrer, quam
temerè subire periculum pessima nota; & profectò, ne à quì-
vis, etiam bonorum levitatis mihi crimen imputetur, vere-
rer, nisi alieno scirpo natam me didicisse faterer, nisi quod
dici solet; alterius, ejus inquam, in cujus cerebro Musas cre-
do nidulas Clarissimi Schegkij, sicubi sarcina viribus his
aut humeris gravior futura sit, scipione niterer.

Id quod cum non esse novum rear, quandoquidem
nullum jam est dictum, quod non dictum sit prius, agite
non longis anfractuorum periodorum ambagibus, nec per-
niciosis falsorum allegatorum plaustris, neque pelliciente
oratoris coloribus persuasionem permulsis incautorum animis
imponam, sed pro simplici, nuda, & unica veritate quo ma-
gis periclitata, eò minus oppressa per paucis, sed solidis & va-
lidissimis in hoc genere argumentis, teretem & rotundum,
nec tamen, ut mulieres cum nihil olere dicuntur, tum opti-
mè olent, alienum ab elegantis, & gratis suis sermonem,
de re contenta doceri, expectate & cognoscite, nunquid veri
sit in commento, quo omnia omnium artium praecepta edi-
cunt, debere esse καλοῦναι; Hoc est, tam absolutam necessi-
tate vera, ut nullo unquam casu fallant, ne quidem simpli-
citer conversa. Ipsius attendamus edicti verbis; ἀξιωμα-
τῶν artium, sic κατὰ πῶλον esse debent, sed praeterea ὁμογενεῶν
& καλοῦναι. Verba haec edicti singula pondus habent.
Ἀξιωματῶν ait praetor, non ait artium praecepta. Praeceptum
est, quod vis artificis institutum, quo velut manu ducat di-
scipulum in doctrinae noticiam. Ἀξιωμα species est, seu pars
aliquotamultoties summi praecepti, quoties alius etiam ge-
neris

neris reperiuntur, quæ extra syllogismi complexionem non
habentur per se fide digna, qualia nunc enumero: Cautela
seu cautio, notio vel observatio seu nota, maxima seu regu-
la cum exceptionibus, consilium seu admonitio, jussio vel
mandatum, interdictum aut prohibitio, dictum, pronun-
ciatum, effatum, proloquium, enunciatum, caput, sententia
ἡ χρεῖαι ἢ γνώμαι, summa vel argumentum ἱστοῖς καὶ ἀντι-
ἱστοῖς, datum, postulatum, ἢ ὁδοῖς ἢ ὑποτόνωσις, confes-
sa, concessa, ἀποδείξεις ἢ θεωρήματα, definitiones & divi-
siones, distinctiones, ἀφορισμοὶ, leges, ἢ ὑπομνήματα, tradi-
tiones, δόγματα seu documenta, signa memorialia, monu-
menta memorabilia, scholia cum commentarijs, præter ἀνι-
γµατα, ut dimidium plus toto, quæ sphynxis sunt propria,
& ut dixi ἀξιώματα, quæ tamen singula promiscuè sub com-
munissimo præcepti nomine veniunt. Audiamus cetera.
Veromandui Oracula, Tres hæ sunt leges documentorum
artis priorum: κατὰ πάντας, lex veritatis, secunda κατὰ
ἀσπίδα, lex justitiæ; tertia κατὰ τὸν νότον, lex sapientiæ dica-
tur. Felicem Aristotelem! cujus nos in tantam auto-
ritatem præter opinionem sunt; sicut non facile rumpitur
ex pietate, sanctitate & religione funiculus triplex indisso-
lubilis apud Ficinum in Platonis Eutyphronē: Ita nec facile
rumpi posse videtur, compositum ex universitate, ἐκ τῆς
συγγενείας cognatione, & ex proprietate seu reciprocatione
edictum; utpote cui as triplex circum pectus. Atqui
(porro ait) ejusmodi axiomatum ita catholicorum judici-
um verissima & prima scientia est. Etsi proprietatem &
perspicuitatem prius quàm sermonis elegantiam & copiam,
à Philosophis desiderat Cicero, injuriosus tamen Ciceronis
& Philosophi amulus, tam variis artis, scientiæ, axioma-
tis, & κατὰ τὸν νότον significatibus ludit, ut nec ipse videatur, sa-
tis cogitasse, ne dum quid alios velit expressisse, ut obscura
brevis-

Schegk. p. 330
de demonstr.

Schol. Dial.
1. c. 4.

Sobegk. de
dem. p. 179.
Est a. καὶ ἴ-
λα p. 199.
p. 100.

brevitati, nō interpretamento, sed velut in arduis arcanorū
Eleusiniorū mysteriis, credula fide & Divinatione opus esset:
Μαίτις δ' ἄπιστος, ὅστις εἰκάλοι καλῶς! Cum instrumentarijs,
precipuum Logica sed potissimum Mathematicis scientiis,
quas abusu Philosophis, quorū est & accurutē sentire & pro-
priē loqui, non familiari, ad populi salivam vocat artes, ope-
ram navasset, mihi quidem non practica prudentia, nec o-
mnibus liberalium artium praeceptis, sed solarum scientia-
rum, non quibusvis, sed summis primis & propriis axiomatis
leges eas informare voluisse videretur, nisi ut verisimiliori
& ita benigniori huic conjectura, tum scopus ipsius auctoris
alius, tum verò longè magis aliena asseclarum interpreta-
tio, nuncium mitterent. Sicut enim ipsi placuit singularum
& per se consideratarum, quas vocat rationum in intelli-
gentia conceptibus complexiones appellare axiomata cum-
lato Gellij usu, seu ut ipse interpretatur animi sententias po-
tius, quam verborum enunciationes, orationes, praedication-
es, seu cum Aristotele ἀεγρὰς propositiones; cumq; ma-
luerit axiomata nominare quaevis artium documenta pro-
pria, quorum sit scientia, quàm dignitates, quas schola ha-
ctenus de solis per se fide dignis principiis intellexerat, & u-
surparat, visum quoque fuit discipulis accipere, quo ad ejus
commodissimè fieri poterat, praeceptoris sui legumlationem,
non tantum de summis rudimentis, primis principiis, sed et-
iam aliis artium documentis, propriis tamen, domesticis, non
peregrinis aut alienis. Graecorum καὶ ὄλδς, latinis significat
in genere, sublimissimus Papinianus excelsio Iurisconsultus
ingenio reddit in totum, alij in univsum: Scholasticis u-
niversale, pluribus sub se singulis partibus totum est, & di-
citur ex aequo commune, unde prima statim fronte geminè
dispscunt in complexum & incomplexum. Hoc incom-
plexum Metaphysici subdistinguunt, aut in causando, quo-
modo

modo sol et si per essentiam sibi suam unicus, suo τῶ τὶ ἢ εἶναι
individuus & singularis planeta τὸ ἴ τὶ, ut Boëtius cum A-
ristotele ait, ἢ καὶ ἰεκάσων, ut loquitur Aristoteles ipse, nihil
minus quam καὶ ἰδὸς quiddam pluribus essentiam communi-
cans existat, quia tamen virtute splendoris & motus sui e-
thereum in aëris humore calorem generandis rebus, quas
ambit orbis Luna, necessarium accendit & indit, catholica
subit apud eos, non subsistentia, sed causa denominationem:
Aliud in essendo, ut barbarè, ita minus significanter elo-
quuntur universale, de quo adhuc hodiè dubitant, singu-
larisne rebus etiam extra mentem consistentibus, an intelle-
ctui duntaxat insit? Equidem etsi alienam licem nolim
meam facere, si tamen inter τὰ καὶ ἰδὸς seu universalia hæc
ante multa, illa in multis; alia deniq; post multa cum scho-
la, uti nuncupat, distinguam, manifesto discrimine, eviden-
tissima τῆς ἀπορίας λύσις elucescere, & offerre se mihi decisio
ultrò videtur. Cum autem hæc in essendo universalia en-
titas, accidentalitas, qualitas, corporeitas, animalitas, hu-
manitas, Leonitas, asinitas; ultima cinctur non exaudita
Cethegis, Platoneitati, Socrateitati, Petreitati & ceteris
singularibus essentias suas tribuant, mirum videri poterat,
si non in rebus singulis æquè ac formalia & universalia, re-
apse insint, eademq; sint universalia in essendo simul & cau-
sando, ut causa & essentia interna, sola ratione diversa, te-
ste Philosopho. 20. cap. post: analyt: Quid enim si unum-
quodq; universale in se, ut humanitas, citra & extra ma-
teria numerum abstracta consideretur, uti singulare quid
est; an confestim in sola mente, nec etiam rebus ipsis, singu-
lis in hominibus existat humanitas? Non sic à nutu mentis
nostræ pendent rerum essentia: Vtut objectivè in rebus ac
subjectivè in mente hic asseveret, ille invertat, quasi dissita
esse universalia, sino tamen terebrare eos milium, quos in-

B

ter

ter non prius quam inter horologia conveniat: quando quidem etiam natura precepti cogitari non potest extra complexionem, missis universalibus istis incomplexis, complexum hoc in oratione, vel uti vocant, in predicando καὶ ἰδίᾳ solum spectemus; quod etsi nunc duplum, mox iterum triplum, modo bipartitionibus, modo confusis tripartitionibus dilaniant potius quam distinguant, ne quid tamen lucis desideretur, ecce pronunciatum tale, Omnis Thomas vel homo quilibet est incredulus, sicut Logicis est universale in forma signi, sic nobis quoque non quidem per se simpliciter universale sed pro forma dicis causa, à facie, doctrinae gratia καὶ ἰδίᾳ aliter atque hoc, homo est rationalis, non à forma, qua indefinitum est, sed tenus materiam καὶ ἰδίᾳ, deinceps ut intellectus terminis res evadat planè clara, appellabitur universale quoque, sed absolutè necessarium, ut disertè dicam, simpliciter extra omnem exceptionem verissimum. Huiusmodi τὸ καὶ ἰδίᾳ perspicax & solertissimus abditæ naturæ genius, quem mundi miraculum apud gentes predicabat D. Hieronymus, sedulus Platonis ἀναγωγῆς, animadvertit tres gradus diversissimos, brevissimis verborum κατὰ πᾶντος, &c. compendijs expressos. Cui finis & usus? Quem Ramus ultimis post omnem antiquorum eruditionem seculis solus deprehendit Germanum, ut leges essent de materia & forma artium, leges ait Axiomatum seu priorum artis documentorum, non inquam leges temonstrabilium propositionum: itaque rem acis detegit, ut ne quidem Aristoteles ipse penetrabilia sui ipsius animi perspicere acutius, nec prode- re disertius, nec usurpare præstabilius potuisset, quam hic spiritus ejus familiaris. Quanquam tantus abusus, ne per somnium quidem in mentem irrepsit inventori, qui non primis axiomatum rudimentis, quæ non demonstrari solere noverat; nec intellectis sed scitis neque probabilibus opinio- num pronuntiatis, sed demonstrativis scientiarum propo-

tionibus veris sed necessariis, primis sed immediatis, notio-
ribus sed prioribus causis que rerum in conclusione, primus
diuturnas per vigilias quaeserat. Concise qua involvi, et-
iam si intelligentibus nullus explicem, ad rem tamen faci-
entia pluribus exponere, adeoque à primordiis accedere
necessum habeo. Quamlibet venerandus Philippus mo-
nuit, ut spectet à Epicuri, qui singula forte fortuna per atomos
evenire ratus erat, incuriam, vitatis quoque fatuis stoicorum,
qui vel ob DEI previsionem & prescientiam vel ob suam
ipsorum de necessaria super possibili vero & falso effatorum
contradictione incogitantiam immutabilibus omnia neces-
sitatibus involverant, carceribus incluserant, vinculis alli-
garant, superstitionibus & fatis, mediam Peripateticorum,
qui res illas necessariis de causis necessariè, has contingen-
ter à per accidens causis proficisci essent sanius opinati, se-
ctam super immotis naturæ fundamentis fultam stabili cum
constantia amplecteremur; si tamen Scepticorum quispiam,
aut Pyrrhaniorum, vel Aporeticus indignè dubitet, reperi-
ri vel singulis, vel universis in rebus, non credam tamen
huic nullam in oratione parere contingentiam, ut si dicam,
ideò non fulgurare, quòd recitem: Quod si verum dixi, for-
tuitò verum accidit, aliter ac si dixissem ideò lucere, quia
meridies. quod etsi nullus dixerim, verum tamen est, non for-
tuitò, ut illud: sed necessariò, sole supra Horizontè. Quem-
admodum igitur è singulis rebus pleraque, quod in momenta
mutabili materiarum vicissitudini, infinitis propemodum
circumstantiarum varietatibus, nec non liberrimis in utrumque
tunc à vicis oppositum agentium arbitriis obnoxia sint,
videntur à nullis per se causis, necessaria propagatione prote-
lari, sed fortuitis potius casibus, quam causis evenire, nunc
simili nunc dispari eventu magis, quam ex fine & proposi-
tione accidere, raro ex voti sententia, plerumque contra spem

Lib. 4. Dial.
ibi. quot se-
ctæ. &c.

Schegk. pag.
184. 185. de
demonstr.

Schegk. de
dem. p. 266.
& 269. &
152. ib. cir-
cumspicien-
dum, p. 232.
399. cum seq.
Schegk. de
dem. p. 275.
290. 372. 439.

& præter opinionem ex improviso contingere, ita per simili-
ratione, cogitationes de iis singulis nusquam iisdem sin-
gule nunquam eadem, nec in univèrsam cogitata, simplici
necessitate verae possunt, ut quidem de necessariis, numero
finitis, semperq; sibi constantibus singulis rebus, vel & uni-
versis πεποιητοῖς contingentibus haberi. Ex singulis autem
illis ἀπορίτοις accidentibus posse univèrsas, pro docendi discen-
diq; formæ opiniones, non perpetim καὶ ὅλως, sed ut plurimum,
ἢ ὡς ἴτι τὸ πλὴν, & καὶ ἑκάστα, veras induci longè certius
est, quàm καὶ ὅλως necessariam, & omnibus numeris absolu-
tam, & cunctis κριτηρίοις certissimam scientiam demonstra-
ri: ut is, qui neget hoc, tertius Cato sit oportet: si quis enim
aliter quam rerum ferat natura sapit, desipit, aut supra na-
turam mirabilius, sed natura arbitro teste sapit. Tam altè
verò sapientem probet se nobis divino inartificialium ar-
gumentorū aliquo, qui artibus & prudentia, quæ singulari-
bus præceptis melius, quàm univèrsalibus opinionibus ad-
discuntur, æquè ac scientiis, quæ mutuis & reciprocis non
singularium, sed καὶ ὁλοκλήρων causarum & affectionum de-
monstrationibus sciuntur, unas easdemq; normas, formas,
& soleas, uti sarcienis pumilioni æqualem & Giganti ve-
stem, vel uti suens eosdem latis & altis, tam brevibus quàm
longis, rectis pariter & varis pedibus calceos, induendas
prescripsit, qui triginta Aristotelicarum demonstrationum
exempla, tot scalmos pro structura navis apodictica, à qui-
busq; doctis, ad miraculum usque frustraneo sumtu redem-
tos ridet, totidem spurca calceamenta lancinanda sanxit,
ipsam scientiam non minus, quam matrem ejus demonstra-
tionem ejurandam, pro digniori usu reservandos explosi nu-
clei cortices tribus unius edicti perpetui capitibus proposuit,
pronunciavit, & promulgavit: qui si utrasq; dotes, quibus
& feris bestiis profectiores, & divinis genis imperfectiores habe-

habemur, tam rationis efficaciam, quam visus facultatem,
 ut per se homini, ita optimo quoque Maximo Creatori &
 caelestium ejus exercituum spiritibus, extra propriam hu-
 mani oris possessionem primò tributas inferat, gesticulato-
 res quoque simios, si non rationis potentiâ, figurâ tamen
 corporis nostrum similes prius risibiles, deinceps se, quâ simi-
 us est ridiculum habeat. Si non fraudulentâ malitiâ, jo-
 culari saltem culpâ, si non errori turpi, certè furore spurco:
 si non arrogans inscitiâ, affectata tamen imprudentia nati-
 vum apodicticarum notarum usum plusquâ licentioso Phi-
 losophicæ libertatis exemplo & impudenti abusu ita corrumpit,
 pervertit, conturbavit, ut nullum ipsemet unquam speci-
 men juri, quod in alios statuerat, conveniens ediderit, nisi
 hoc fit, quod se majores, qui rem brevibus suis gyris & carce-
 de dignam gerere conarentur, vanâ cum spe semet & alios
 eluserit, quale quidem ausum licet irritum lux nostra vide-
 rit, opus tamen absolutum nunquam conspectura videtur.
 Ne criminationum harum quæ fortasse non nemini viden-
 tur, (quæ suspicio & dedecet ordinem nostrum & fugiat)
 me ipsum reum agam: si non redderem justas reprehensio-
 num causas: agite collatis verbis unius juxta & alterius
 sensa discutientes, autorem simul & autoris depravatorem
 rectè judicabimus. Necessarium axioma est, quod sem-
 per verum est, nec falsum potest esse: & illud Affirmatum
 appellatur κατά τὰς ἀποδείξεις, de omni. axiomaticis exemplum non
 addit, ut totum est majus sua parte: quid si negetur neces-
 sarium, totum non est majus sua parte? rectè quidem vocat
 Impossible, quod de nullo unquam verum esse possit. Sed
 decipitur, si omne affirmatum necessarium eo ipso quo nega-
 tur, putat impossibile, falsum & ex arte tollendum. Sub-
 lato igitur necessario hoc axioma negato, pars non est ma-
 jor toto, tolletur & affirmatum, Totum esse majus sua par-

Scheg. de
 dem. p. 298.
 cum seq. q.
 319 & c.
 Bez. in Ep.
 ad Vrs. Log.
 Libertatem
 Philosophia
 semper am-
 platur.
 l. 11. C. de his
 quib. ut indi.
 1. Eib. 4.

te; *si* hoc sublatum nolit, quâ vî tentat illud tollere, quod ipse fatetur tacitè comprehensum? quia ut rectum sui & obliqui, ita affirmatum sui & negati norma sit: hoc nobis interere solet, ut exedamus. cedo edictum! Axioma artium sic uatâ & c. id est, reciproca. Cum autem affirmatum hoc, totum est majus sua parte, non possit simpliciter convertere, aut (quia conversionis doctrinam neglexit) reciprocum fieri, nisi mutato affirmato in negatum, omninò debet, & hoc admittere in arte negatum, aut si utrumq; tollet axioma, videt is qua jurisdictione rex principia ex artibus in exilium pellat. Quis Impossibilium preceptorum capax, tolerans, aut executor? Quis sibi falsa pro veris obtrudi patiat? Quis possibile de futuro discupiat, si presentia nondum discere potuit? Scieramus id antè, quàm nova leges essent lata; nisi hoc fortè ignoravimus, quòd nec particularia debeant artium esse documèta, sed utiq; uatâ tradidos omnia & universalia: utinã verò possint, si optem, peccè in naturã qui tamen imperat justo facit? axiomata saltem ait; quorũ prima scientia sit: aut non intelligo, aut nihil ait; diceret ipse Philosophus redivivus: in artibus prima principia sciri? In forma quidem particulare dicimus, quodcunq; habet aut signum non universale, ut Nonnulli docti sunt boni; aut subjectum singulare, ut sol non lucet noctu, Quod is appellat axioma propriũ: Verũ autem an falsum sit, nil refert primitus in forma, sed ad particulare secundũ materiam spectat, quod sicut universale supra fuit semper verum, & necessarium ita hoc loco particulare secundũ materiam contingens est, ut audentes fortuna juvat, quadam tenus verum, aliquatenus falsum, id quod appellare solemus uatã ñ verum ex accidentiã, quod verbi Pomponius loquitur: Axioma proprium est, sol lucet, equipollens per formam particulari, uti singulare, sed per materiam uatã ñ est,

est, quia continua necessitate, sol etiam ab Eclipsi & ter-
 reno globo interceptus lucet, ut si cum nulla non pars solis
 luceat, quemadmodum nulla non particula Magnetis fer-
 rum trahit, affirmatum hoc necessarium, ipse appellat de
 Omni; καὶ ὁλοκλήρως tamen hoc κατὰ πᾶσι, nec de integran-
 tibus, neque numeralibus, sed totius universalis partibus
 debuerat ē Metaphysicis, aut sitām nobilem, divinam &
 καὶ ὁλοκλήρως scientiam repudiaret, ē Logicis poterat de
 solis generum speciebus accipere & repetere. Hoc itaque
 primum edicti tralaticij caput, si in artibus & prudentia
 præceptis offendat ejusmodi saltem καλὰν vera, forās, fo-
 rās, heus inquiet forās impropria, exotica, & nihil minus,
 quam Catholica documenta. Nec enim si non καλὰ
 πᾶσι saltem καλὰν, neque si non καὶ ὁλοκλήρως πᾶσι saltem
 καὶ αὐτὴ καλὰ πᾶσι vera documenta postulat; sed ne
 frigidior, quam par esset, videretur Tyrannis, etiam ὁμο-
 γενεὰ & Catholica esse debere artium axiomata edicto
 præcipit: Si ipsemet Quomā de anima ex Ethicis, de
 moribus & animi motibus, Grammatica quoque & Me-
 thodica ex Rhetoricis: Grammatica item & Metaphysica
 & aliena præsertim exempla Poëtica, Oratoria, Histo-
 rica, ex Dialecticis tollere nolit nequeat, ut heterogenea,
 eò quod non eadem intentione neque tanta ἀκριβείᾳ quā
 propriā in domesticis edificiis tigna, sed precario sine, ut
 mutuaticia cimenta, πᾶσι ὅπως, ὡς ἐν τόπῳ, tractentur,
 quā inhumanitatis lege tanti vitij nos damnari voluit,
 si aliena alijs in locis, alio sub modo consideremus: Quo
 jure si vixisset Philosophica ex sacris literis, quacunque
 non ex professo continent ἀξιωματὰ sacrosancta religionis
 Christianæ mysteria, præsertim Apocrypha, uti non propriè
 Theologica axiomata exscalpsisset, erasisset & sustulisset.

Pol

arg. S. 3. inst.
 d. legit. agna-
 tor success.
 verb. humano
 proposito. &
 ibi; humani-
 tatis.
 Pet. Ram.
 Com. de sacr.
 lib. 4. c. 2. pag.
 308. 315. 320.
 329.

Pol ipse cum axiomaticum suum duorum inter se in una
cujusq; farinae praedicatione extremorum judicium institue-
ret, cur immemor justitiae suae, occipit plurium inter se axio-
matum, imò integrarum tñs quidem ὁμοῦς περὶ ἀξιομα-
tium sed proprietatis lege partium, totorum in una arte libro-
rum, capitum, & versiculorum fines, limites, & sexcentos
terminos regere? Siccine de materia & forma axiomaticum,
ad materiam & formam artium, & in artibus partium
transire licuit? Hoccine est de proprijs axiomaticum affecti-
bus ad heterogeneam methodi ἀξιοματικῆς saltum facere? Et si
quoque universaliter primum, ut perperam reddit pro eo,
quod est universale primum, τὸ πρῶτον κατὰ τὸν ἀξιοματικῆς
universaliter non aspernatus, aliàs fastidiosus & delicatus rhe-
tor, per latinam Quintiliani usurpationē, appellat catholi-
cum, sed pro solo reciproco per excellentiam & restricte sum-
tum, Philosophis tamen τὸν ἀξιοματικῆς in genere κατὰ τὸν ἀξιοματικῆς, tres hi gradus;
τὸ κατὰ τὸν ἀξιοματικῆς κατὰ πᾶν, τὸ κατὰ τὸν ἀξιοματικῆς κατὰ τὸν ἀξιοματικῆς αὐτὸ, καὶ τὸ κατὰ τὸν ἀξιοματικῆς κατὰ τὸν ἀξιοματικῆς
κατὰ τὸν ἀξιοματικῆς πᾶν, omnes unanimi consensu, totum attributum
non plurium, sed unius enunciati, de subjecto & nulla non
specie subjecti, simpliciter necessario, primus & πᾶν nus-
quam & nunquam non, secundus per se quoq; essentiali non
accidentario nexu; Tertius ad haec ἢ αὐτὸ καὶ πᾶν nec ob
aliam prius causam, neq; de alio priori δεικνύω, sed primis ex-
equatis proprijs & reciprocis verum notant, ut posterior pri-
orem semper inclusum, nova necessitate ardet & constri-
gat. Si quod per caput 20. post. analyt. universale de parti-
culari per se dicatur, semper, ut causa de effectu, generalis
hic fit & unicus Ramo dicendi κατὰ τὸν ἀξιοματικῆς modus, parum ab-
est, quin & unus supersit, & idem hic τὸν ἀξιοματικῆς gradus.
Nec enim tantum in 4. modis dicendi per se, sed & in tribus
necessitatis apodictica gradibus, utiq; per se dicantur de sin-
gularibus universalis tanquam de effectu causa. Axioma
ait,

ait, homogeneum est, quando partes sunt essentielles inter se, ut forma formato, subjectum proprio adjuncto, genus speciei; quod hoc penuria $\tau\alpha\chi\mu\eta\gamma\iota\omicron\nu$ est, quod hic non suppetat exemplorum copia? Dictum hoc in quarto $\kappa\alpha\theta\omicron$ modo, materia est quanta, quia materia, neque forma neque subjectum, multò minus genus aut species, sed effectrix interna sit quanti, erit ipsi non heterogeneum & per accidens verum, in nullo tamen modo per se dicendi homogeneum. Reprehendit quidem Philoponum & Themistium, qui tertium per se modum commentitium esse asseruerant, sed nec ipsi tertio $\kappa\alpha\theta\omicron$ modo dictum fuerit, si dicam hanc materiam esse, subsistere. Neque etiam si perfecta definitionis genus remotum seu proximum, modo univocum, aut differentiam specificam in primo $\kappa\alpha\theta\omicron$ modo dicam de definito, sive hoc Cumanum corpus esse quantum, proprium accidens, de subjecto non tamen primo, In secundo $\kappa\alpha\theta\omicron$ modo; erunt ipsi, quia modos inter & gradus nò distingueret, non tantum homogenea, sed etiam reciproca, seu Catholica, aut essent heterogenea, quasi de specie genus equivocum, analogon, aut alienam differentiam, vel de diviso membrum adequata divisionis unum, in primo $\kappa\alpha\theta\omicron$ modo, aut proprium de alieno subjecto in secundo, aut de simo hoc, quod subsistat, in tertio, aut de causato fortuita causam in quarto per accidens modo, ut quia foderat agrum agricola thesaurum reperisset, modo pronunciaissem. Catholicum axioma est, quando consequens semper verum est, de antecedente non solum omni, sed etiam reciprocè (semel iterumq; attendisse sufficiat, quod Catholicum habeat pro reciproco disertis & verbis & exemplis) ut animal rationale est homo, & viceversa, ita Catholica & reciproca cum definito, est omnis bona definitio. Numerus est par vel impar, & retrò impar aut par est numerus, ita cum membris cunctis recipro-

C

cant

cant iustæ divisiones : Lupus est natus ad ululan-
dum, & reciprocè, itaq; proprium accidens cum πέντε δεικ-
νόν ἀντιποσόν ἐστίν ; quæ singula admiror, si non advertit in
demonstrationis conclusione prodire, & magis miranda est
supina Catholici doctoris oscitantia, quod hoc in tertio τῆ
καθολῆς gradu proximam causæ cum effectu copulam, qui
demonstrationis est nucleus, ne verbo quidem indicavit :
sed meminerimus demonstrationis doctrinam fuisse ei aut
sudem in oculis aut abstrusissimam abyssum. Nec omne di-
visibile est materiatum reciprocè, ita ut omne materiatum
sit divisibile, quâ materiatum, sed per & propter quantum,
nec omne rarum tendit sursum, nisi per & propter leve, sicut
igitur Cumans asinus non erat quantus, nisi quâ corpus est ;
Ita levitas & quantitas erant primæ istorum effectuum
causæ. Quæcumq; duo uni communi tertio conveniunt, ea
inter se quoq;. Quæ duo tertio non, nec sibi met esse aqua-
lia : Quod omne turpe habeatur injustum, quod injuriam
facere ducimus turpe, quod vim vi repellere liceat, & fera
bestia vident naturæ lumine, ne dum homines, quibus si sa-
na pristina divinæque imaginis λείψανα superesse diffitea-
mur, brutis animalibus irrationaliores, talpis ceciores, cu-
culis ingratiore, Flacio deniq; calumniosiores essemus : sicut
autem practicum hoc ἀξιώματα, ita δεῦρον etiam reciproca-
bat illa communis apud Euclidem ἕννοια, tam negativa,
quàm affirmativa ; Quippe super quibus Logici quoque de
omni & nullo dicti fundamenta, Item regula detri quam
vocant Arithmetici, jacta agnoscimus, ut demonstrata super
demonstrantibus, scita super intellectis, posteriora super prio-
ribus, reciproca deniq; super reciprocis, Catholica super axio-
matis, quorum axiomata propriè non erant Catholica, Ca-
tholica non erant axiomata : Nisi impropria, dura, indeco-
râ Catholici verbi & axiomatis abusione & ambiguitate
ludere

ludere malit, nisi quod facere videtur, vim utriusque stri-
 ctam se scire nefarie dissimulet, quisquis est malignus So-
 phista; ἀπαίδειος δ' εἰς εἰς; inter Geometrica Ele-
 menta definitio, quod angulus sit obliquus duarum linea-
 rum in uno puncto contactus, Divisio, quod aut rectus, aut
 acutus, aut obtusus: Theorema, quod inter omnes figuras
 prima, triangulus, concludat tres angulos duobus rectis æ-
 quales. Physica themata, quod quantitas sit proprium
 corporis naturalis accidens ex materia, quod motus sit pro-
 pria ejusdem affectio à forma fluens: quod sicut per forma
 principium generatio, ita per privationem corruptio fiat in
 alternativo materia prima subjecto; quod sicut tempus est
 duratio corporis moti secundum terminos momento conti-
 guos, ut prius & posterius: Ita locus sit, quiescentium inter
 se schesis ac dimensio secundum differentias continui, su-
 pra, infra, à dextris, à laeva, antè, & à tergo. Et illud, quod
 æther non caleat, nec frigeat, neq; etiam tepeat. Σφαίρων
 quod sol planetas intermedius quovis anni spacio Eclipti-
 cam decurrat: Physico σφαιρών, quod calum quantum in
 se est, neq; oriatur, neq; occidat. Ἀστρονομία, quod præter
 diurnum & concentricum primi mobilis raptum sol non tan-
 tum adverso vel obvio & obliquo excentrico, qui ab Arabi-
 bus & Alpholsinis per collationem maximarum ἀστρά-
 γων à Ptolomæi seculo huc usq; decrescere observatus est,
 ut plurimis magnis viris, quasi senescere, subsidere, & fra-
 ctus illabi orbis creditus fuerit, sed etiam mutata Eclipti-
 cæ obliquitate, quam solis declinationē libratione terre sal-
 vabat Copernicus, quin etiā in equali anni tropici motu non
 semp ad idē solstitij pūctū in Zodiaco revertatur. Κοσμογε-
 γία, q̄ non solum in Asnā, ut refert Boterus, Ægypti Oppi-
 dum,

e. de celo.
 t. 41.



Reg. diff. log.
Schol. 4. probl.
5. pag. 176. i-
bi, & quam-
vis tantus
modorum
numerus.

Rem. lib. 2.
Dial. 2ap. 12.

dum, sed etiam paria terrarum climata sol in Cancro & Meridiano vectus, nullam quidem supra vertices hominum umbram jaciat, sed tamen calorem duplicatis recta reflexione radijs fervidissimum efficiat. Metaphysica decretum, quod veritas sit adaequata rei cum intellectu commensuratio. in subalternis quidem artibus Musica scitum Poëtica, quod est Priscorum Monochordi, quinque tonis & duobus semitonis, quot sonis neque plures, neque pauciores intra septem $\Delta\gamma\ \mu\alpha\sigma\omega\nu$ claves, vel in sexaginta uno minus commatis numerari possunt, duodecim autem taxat, non nothi oriuntur modi. Ex Instrumentarijs Dialectica Theorica est, quod est sexaginta quatuor modis, quanto numero neque plures, neque pauciores forma natura syllogistica patitur, decem duntaxat in tribus figuris inveniuntur legitimi. Hic dogma, quod summum hominis in hac vita bonum fortunata quidem sit, sed non alia, quam secundum virtutem, $\alpha\omega\ \delta\alpha\iota\alpha$ perfecta felicitatis operatio, quod virtutis sit semper ab extremis eoque potius, quo proclivior est natura ad mediocrem pro circumstantiarum decoro actionem contendere, justicie singularumque virtutum Definitiones $\kappa\alpha\ \delta\omega\lambda\iota\gamma\eta$, partitiones boni $\tau\epsilon\ \alpha\omega\lambda\omega\varsigma\ \eta\ \omega\epsilon\gamma\ \tau\iota$, moralisque $\kappa\alpha\lambda\omicron\kappa\alpha\gamma\alpha\ \delta\epsilon$, Honorabilis aut laudabilis boni, honestum esse utile, equum & justum esse honesta, ergo equum esse bonorum utilissimum, Amicitiam esse jucundissimum bonum; Monitum Oeconomica, quod heri manus probe saginet equum, quod patrisfamilias pes ad siduo vestigij sui attritu stercoret agrum: illud apud Politicos confessum, quod sicut in periculoso mari, gubernator tempestatis formidine navem in portum, ita Rempub. Imperator non securus, ne eam in mari referant novi fluctus, torqucat, ut civitas virtute honesta, legibus & judicijs justa, robore fortis, opibus firma, gloria ampla, & salute beata evadat: illa juris scientie dictamina, jus esse justicie

sticia jussum, teste Callimacho & Philostrato; Ius civile
 esse artem boni & equi, ut Celsus crassiore Minerva.: Le-
 gem esse recte rationis imperium, ut divinitus Cicero descri-
 psit: rectam rationem esse prudentem aureæ mediocritatis
 determinationem, illud omnium ore vulgatissimum, Con-
 traria contrarijs curari, medicorum descriptio, morbum esse
 constitutionem corporis, naturalibus adversam functionib9:
 Divisio, in organicum, similem & communem, & multipli-
 ces: Taliaq; innumera, tam artium & prudentiæ, quam
 scientiarum summa rudimenta, etsi omnia non sunt axio-
 mata, recto statim intuitu & in demonstrabilium principio-
 rum intellectu, ab infantia usq; sensibus comperta, maxi-
 mam tamen partem sunt scita Theorica, quæ non ineptè vo-
 cant *θεωρηματικα* potius quam præcepta; Et aut apodictica,
 aut ad sensum exposita, ut *δεικνυσα*, ut quæ Catholicas le-
 ges fortè tolerant. Proh Deum immortalem quot Para-
 sangis distat ab his aliud præceptorum genus, quæ non pos-
 sunt pati jura eadem; uti data, postulata, problemata apud
 Megarenses & alios, supposita in scientijs & artibus; qua-
 sita vel in universum vel de singulis, ut Astrologorum ero-
 temata, num quis oriente canicula natus, moriturus non
 sit in mari? an quæra luna partus vivax, felix futurus sit,
 necne? Et illa Physiologorum *ληθηματικα*, an sicut lineamen-
 ta, longioribus artium extremitatibus porrecta fortitudinis,
 an ita proluxior staturæ longitudo stupiditatis argumenta
 sint, questio de numero caelestium orbium, vel potius orbita-
 rum, & decisoria determinatoria seu definitoria circa specia-
 lia facta & singulares casus præcepta, cum neque sint axio-
 mata propriè sic dicta, neque etsi doctrinæ causa in *καθολοις*
 pro forma universalis conijciantur, possint tamen reciprocè
 vera & Catholica, ne momento quidem, quæ ex composito,
 explacito, & ad nutum certioris in specie casus, in possessio-
 nem

Scheg. com.
 in *weig. Art.*
 1. c. 7. p. 116,
 ibi talia sunt
 p. 68. & c. de
 dem. p. 348.
 434.
 Scheg. de
 dem. p. 93.
 Elem. & seq.

nem aliena veritatis sint, quasi custodiae causa deposita, con-
 sistere; num subito, uti non propria documenta est disciplina-
 rum castris amittenda, amandanda, & eliminanda sunt?
 Ita nulla prorsus aut curia preceptorum suppellex domi mi-
 litiaeque foret reliqua; aut si hoc nolint nequeant committe-
 re, quae Phlegethontis arte particularia κατὰ τὴν νῦν vera,
 nunc falsa Praecepta semper certis, pro forma Catholica,
 Catholicis reciprocè, singularia universalibus, varia simpli-
 cibus, hypothetica absolutis, fortuita necessariis, qua arte,
 fraude, ratione, quomodo, quando reddent eadem vel sal-
 tem conformia? Ad Calendas graecas, quando macilentum
 ego fortè per aciculae foramen Elephantem traxero, arcem
 impossibilibus praecipis artes, qui nos tamen Impossibilibus
 praestitu viribus urgent, vincunt, stringunt, ὁδηγοὶ τοῦ Φλοῖ,
 οἱ δὲ μιλῶντες τὸν κῶνον πατρῶν, ἢ κέρμηλον καὶ πίνοντες: Vel enim
 legi sua fraudem, vel contra legem faciunt, neque sat com-
 pertum habeo, praeter an supra naturam sapiant, qui natu-
 ra defectum, quanta facta de se Imperatores, vel potius ju-
 rium compilatores, de providis praeteriti, praesentis & futu-
 ri temporum principibus jactitare testatur Helluo librorum
 Erasmus, non ex natura suppleant, sed contra naturam na-
 turæ naturam in naturam armant, pacificis Musis jacentes
 semina belli, Gordioque cum trium testudinum nodo arcem
 Pallados ipsam expugnaturi, partim ultrici Iovis Olympij
 fulmine disjecti prostrati & enecti, partim tacti, justas ali-
 ene usurpationis pœnas, agerrimoque cum luctu senium confi-
 ciunt traducunt, & succrescentibus nepotibus propudiosa su-
 is frustrati certaminis memoriam statuunt. Valde inge-
 niosa est duobus in locis Philosophi disquisitio, quomodo in-
 continens, cum ratione sciens, extra quam intempe-
 rans delinquat: eo quod intemperans rectè se agere confi-
 sus, rationem prorsus non exaudiat, incontinens quidem vi-
 dens

Leges in na-
 turæ injurie
 scilicet So-
 phisticae. arg.
 cap. 28. Nov.
 22.

In Eudem.
 6. cap. 3. &
 Eub. 7. lib.

dens meliora probansq; sed sepultâ recti scientiâ *Ἡ ἀρετή* πρᾶ-
γμαλὸς tamen (id putat Aristoteles) in ipso opere deteriora
potius seclatur, quorum tamen incontinentem citius & fa-
cilius quam intemperantem posse ad sanam frugem revoca-
ri ostendit, si Catholicis opinionum pronuntiatis singulari-
busq; memoria, τῆς φωνῆς, externorumq; sensuum indi-
cationibus, seu ἀποδείξεσιν ἐπιπέτοις circa res ipsas sensibus
objectas sententijs, quæ non possint non incitare ad delin-
quendum fortissimis, acri cum alacritate resistat & respon-
set, eadē ipse vitij fuga persecuturus, & τὰ κατὰ νόμον ἔργα,
quæ ut legimus in proverbio (sapiens à seipso pendet) egre-
gia sunt facinora, omnis virtutis numeros complentia asse-
cuturus, si ad agendum cupidus, priusquam virtute prædi-
tus salutetur, de eis singularia, & directoria præcepta, recta
cum institutione edoctus fuerit. Cum itaq; edicto Catholico
averruncentur, radicibus extirpentur & profligentur ex ar-
tibus singularia seu particularia præcepta, relinquentur con-
tinentibus hinc & hinc duo universalis contraria, quibus
admodū agrè divexantur, ab opinione prolata, aut gustandū
esse dulce, aut nullum, quorum etsi neutrum κατὰ φύσιν una
sede, vel eadem in re gesta, cum singulari ad rectæ rationis
dictamen κατὰ νόμον ἔργα morari potest, nec alterutrum abso-
lutè sequendum aut fugiendum à recta ratione sibi suaderi
sentiant, aut scintillis prudentiæ suæ agnoscant, condiscipuli
tamen à præceptore alterum hoc Catholicum docti, quod
nullum unquam uspiam dulce, sed quicquid gustent volu-
ptate vacuum, dolore plenum, & cum amarulento labore,
gustare debeant, nimis evadent continentes, inquam absti-
nētes rigida assuetudine, quin imò ἀνακαταστάσις corneis fibris
stupidiores, ad voluptates etiam moderatas, nauseabundi,
ut dura silices, aut stent Marpesiæ cautes: sed ubi valedixe-
rint severe spartæ, angustisq; stoicorū porticibus, ex uno Ca-
tholico vitio stultè in contrariū current, & jam omnē volu.

in ἀποδείξεσιν
in ipso
delicto §. 9.
& 1. inst. d.
obl. ex malef.

p̄tatem perfruemdam persuasi, ac si non bile, nec aloë, neque
 acerbo mixtum aceto, sed quicquid gustent, intus mellitum,
 foris lacteum, & penitus perdulcatum esse oporteat, Ca-
 tholicum scilicet hoc alterum edocti, natura quoque insti-
 gati concupiscentiâ cum impetu, uti fertur equis auriga nec
 audit currus habenas, ruent in quævis obscenarum oblecta-
 tionum volutabra, ut amica luto sues, vel ut Epicuri de
 grege porci, ab Heracliticis facti Democritici, migrantes è
 carbonaria in calcariam quandoq̄, simul ambas sequi non
 poterant, Catholicam quoq̄, nunc scholam non amplius ma-
 nentes; miseri semetipsos & Catholicum doctorem cum pes-
 sima dictatura sua fermè pessum & perditum ibunt, abomi-
 nantes, execrantes & detestantes; Ηεν κἀκὸ πῦρτι, κἀκὸ
 ἀυτῶ, κἀκὸ ὄλα, κἀκὸ πῆῶτα. Tum si fortè virum quem
 conspexere gravem, severa objurgatione sese corripientem,
 aut habebunt ludibrio & irrisui, aut blandiori senis obtesta-
 tione correcti contristabuntur, totoq̄ pectore exhorrescen-
 tes veluti desperabundi ac si sinapi aut nasturtium edissent
 sternutabundi, Fixis in eum oculis, arrectisq̄, auribus asta-
 bunt expectantes; Num fortè moneat ille, ne quis in conti-
 nens mel, si biliosus est, præsertim impransus manè, neve
 saccarum veneno oblitum, neve vinum noctu aut secum
 precaturus in templo, neque publico gustet, sed privatos in-
 tra parietes, non in honesto loco, sed apud amicos domi mo-
 deratè, quantum pro sincera animi voluptate refocillationis
 sufficeret corpori, qui quis pro condigno volupe decerpit:
 Et hæc τῆς ἡγεμονικῆς singularia & directiora præcepta, sin-
 gulis benè rebus & personis pro loci temporis & alijs unde-
 quaq̄, pro re nata circumstantijs accommodata, auscultata
 ὡς ἰπὶ πῆἀγμα & κρηῶτα & ἡ κρηῶτα, si crebris ipsi τῶν
 κατὰ τὸν ἀνθρώπου exercitijs exequantur, nemo diffidat eorum,
 quin ex incontinentibus continentes futuri sint, nulla post
 hæc

hæc arumnâ per vitam corripiendi, qui vitæ fundamentum
 temperantiam rectè semel jecerint. Quid audio? Propria
 artium prudentiæq; documenta non debent esse καθόλου cer-
 ta, sed κατὰ μέρος vera? Quis igitur locus erit regulis in u-
 niversum loquentibus? Annon singularia quoq; præcepta
 perpetuò de paribus casibus vera, saltè ita Catholica sunt?
 Non nimis impudenter rogetes, bona verba quaeso, οἷον γὰρ
 κατὰ μέρος ἔστιν, καὶ τὸν δ' ἐπιπέσει. Cum τῶν καθόλου
 quæ diximus singularia, artium & prudentiæ propria sint
 verissima & Autore Papiniano potissima præcepta, cetera
 si quæ sunt universalia, non erant eadem censura neq; tan-
 ta fide digna, quia ut καθόλου, ita præcepta prudentiæ
 nunquam erunt tam certa, tam factò temporeq; finita, ut ne
 sit conjectus locus l. 17. ff. de V. O. §. 2. ut in promptu sit re-
 sponsio, si consultior pragmaticorum via, vel & facilior me-
 thodicorum institutio postulet, certè oportuisse & jam esse
 in artibus & prudentiæ præceptis constitutas ejusmodi à for-
 ma Catholicas causarum conjectiones, nemini non, qui arti-
 ficialium ἀφορισμῶν, aut prudentum juris regularum no-
 men saltem fando inaudit notissimum est, quid tum postea
 dissidiū super erit? Nescio quis scarabeus artem definierit,
 quod sit collectio verorum & homogeneorum præceptorum
 ad finem in vita utilem. Cujus Herculeo definitionis, si
 propria fuit, ut bonam decet, argumento oporteat, quicquid
 est ubiq; humaniorum disciplinarum & præceptionum, &
 singulas tot propriè dictas artes reperiri, & jam nō minus or-
 gana, quàm principales animæ habitus τὸν νόον, καὶ τὴν ψυχὴν
 τὴν σοφίαν καὶ φρόνησιν, Nil nisi una eademq; esse, jura ejus-
 dem ollæ, & cum axiomata artium debent esse καθόλου
 homogenea & Catholica, consequens erit, ut nulla omnium
 disciplinarum documenta sint propria, nisi sola universalia
 præcepta, & exclusis particularibus singulis & ad unum
 D omni-

Ecerb. in
 Top. ab exc.
 ad reg. 11. 19.
 13. 14. 15.

omnibus: Hoc si fieri posse, pernegem, si negem, ex scientijs
artes, ex artibus scientias, ex opiniosis conjecturis posse Ca-
tholica axiomata constitui, culpam vobis sancta fide fateor
Benevoli auditores, sitam esse, aut insinuoso amicabilissima
veritatis adyto, aut in flagitiosa & tortuosa adversariorum
ignoratione & petulantia: Etsi enim vespertiones non i-
gnorare volunt artem ἐν τῷ λογισμῷ rectam rationem esse,
aut tamē negāt esse corporis habitū, quo corporis usq̄ instru-
mētis artifex efficiat corporale quid ἀποτέλεσμα, l. 5 de V. S.
ut pugil corporis robur & agilitatē alternis punctim casimq̄
digladiationibus, muscus cordarū & cordiū exhilarationē,
Typographus alijsq̄ artifices alia opa illiberaliores minus in-
genua; aut nescio quā nature tacitā obstinatione, quo semel
est imbuta recens, servabit odorem, testa diu, si veraci ve-
tustati non fisa contra lapidem impingat, comminui malit,
quam misso fallaci, & odiosa novitati nuncio, solidis adhi-
bita fide rationibus confirmari, & hoc velut glutino consoli-
dari, quod κλονήεις si centum linguis dissuadere possem, fru-
stra sim: adeoq̄ sibilis eorum proscinderer, si Catholici, auro-
re Cujacio, sapientum doctoris, quo teste Luthero nemo ho-
minum humanam sapientiam graphicē magis argutius aut
acutius descripsit, admirandi preceptoris majorem, quā
infelicis discipuli nuper orti Calumniatoris, gloriosiq̄ pyr-
gopolinicus autoritatē esse dicerem. Ecquis autem nostrū,
qui discimus indies, in tam difficili arduorum, perplexorum,
& tot singulorum casuum, quoti diē tum valetudini, tum
negotijs accidentium, diffusissima, & propē infinita varie-
tate unicam cynosuram, tutum aliquem ad universa ab
singulis accessum & recessum, filum quod Ariadnes, quo se
Labyrinthis intricatum extricet tricis ἐν ἰσθμῷ, aut
per divinas humani ingenij dotes maturē satis deprehen-
dere

dere potis esset, nisi praestantes exercitâtâ in singulis experi-
 rientia, ingenioq; præcipuè σοφιστικῶν præpollentes, diesq;
 noctesq; vigilante animi industrij curâ eximij methodici per
 artificiosas ex similitè recidentibus singulorum casuû con-
 venientijs & discrepantijs inductiones observationes seu
 conjecturas, quasi, generales nobis regulas operosissimo &
 indefesso cum labore, cui immortales debemus gratias, con-
 jecissent, quibus non quidem semper κατὰ λόγον certis, sed ut
 plurimum κατὰ τὴν ἀσπίδα veris, ut obstaculis Andabatarû more,
 ora mutua cadamo, sed quibus moniti periculosos caveamo,
 ad aut casuum medelas parati accedamus, neq; saltem spe-
 remus prægnantem Catholica, immutabilis & pervicacis inu-
 tilem scientiæ possessionem, neque futili, inani, & pertinaci
 prætumidi loquentiâ rationabili præsertim senum equani-
 mitati nos opponamus, resistamus & oblatremus, neq; tur-
 bandis causis aut perdendis clientibus patronas opiniones,
 has in genere, illas ad aliam facti speciem scriptas, sub præ-
 grandis innocentissimæ justitiæ titulo periti fraudium im-
 peritis injiciamus, obtrudamus, & divendamus: sed ut ab
 ejusmodi universalium latitudine, si secundum ea, quæ pro-
 ponerentur, verius hoc, illud non quidem justum, sed aequius
 esse putemus, nunc accedamus honorificè consulentes, non
 videri illud, hoc magis esse, aut accedamus respondentes
 non iniquum videri, sed alijs placere, nos ita, nisi fallamur,
 non opinari, aliter sentire: atque interrogatus nemo
 nisi ignorans, aut socius ignorantis arrogans, responderit se
 scire, demonstrativè sibi probari, non aliter rem se habere,
 nec esse posse. Neminem equidem velim falsas amplecti opi-
 niones, quæ toties apparent ἐν τῇ φαντασίᾳ nostra, quoties nõ
 excussis quibusq; minutis particulis, nec faciens officium ra-
 tio pro essentia rei ad simile cõcipit accidens; sed in præsentia
 veriores ὡς μετὰ ὀρθῶς λόγου δόξας examinemus, proponamus

Sebeg. de de-
 monstr. p. 32.
 33. nihil pro-
 dicit, p. 37. im-
 perfectissime,
 p. 38. 30. 306.
 407. p. 358. &
 308. 432 433.
 407. 101. 102.
 173. cum seq.

Sebeg. p. 144.
 cum seq. in-
 org. Arist. p.
 172. 181. &
 seqq. p. 7. d.
 soph. p. 14. 15.
 27. 33. Eth. 50.
 61. de dem.

Everb. Top.
ab exc. ad
reg. distingu-
it generale
a regulari.

Et discutiamus, quae pro forma Catholica in universales re-
gulas conjectae, tantisper in totum verae creduntur, donec
(ut loquitur Paulus lib. 6. ad Plautium) speciali in quopi-
am casu viciatae perdant officium regulae, ita inquam per-
dant officium Catholicarum praecipuum, ut vel artibus,
& ex prudentia doctrinis eijci, aut in simpliciter universa-
lia, per se necessaria, & reciprocè vera, hoc est Catholica-
axiomata transformari, transfigurari, & penè dixerim
transsubstantiari debeant: Vtrum malum? neutrum, ta-
met si Catholicae leges imperent, fieri posse exemplis compro-
batum est. Etsi repetenti, qui disposuerat, depositum esse
reddendum regulariter, ut loquimur, id est generaliter ve-
rum est; quia tamen haec universalis hujusmodi causarum
in unum pro doctrinae instituto κατὰ τὴν conjectio non erat
simpliciter κατὰ τὴν, aut sine exceptione vera, neq; κατὰ
ἀνάγκη necessaria, multò minus reciprocè Catholica; insician-
tur eam fuisse propriam Iurisprudenciae regulam: Vtut enim
retentionis aut compensationis jure depositarius excipere
exactionem nequeat, exceptiones tamen pacti conventi
transactionis, jurisjurandi, solutionis, rei judicatae, & alias
objici, derogare & nocere pro forma Catholicae regulae &
hanc quoque posse, non est admodum controversi juris, si
rem furtivam fur, quam deposuerat, reposcat; ut deposita-
rius alicujam, qui se dominum rei probat, potius quam furi
restituatur: Sin autem secundum legem falsitatis, inquam
veritatis habeatur κατὰ μάλλον, id est, vera de omni, etiam
re furtiva, necessariò locus non esset exceptionis aequitati
verissima, quam Tryphoninus Iurisconsultus probat, cum
ait: hanc esse Iusticiam, quae suum cuique ita tribuat, ne di-
strahatur ab ullius personae justiore repetitione: Nec jus civi-
le juri gentium detraheret, neque etiam κατὰ δικαιοσύνη hoc
juris praecipuum, suum cuique tribuere, aliter in Geome-
trica

trica. aliterq; in Arithmetica proportione verum videremus.
Usitata quoq; regulam ex commerciorum jure observatam
posuit pro methodi forma Catholicam is, qui reddidit in-
certum certum jus iudiciumq; Victor Plebei juris in arte
vigil, omnem emtionem venditionem esse servandam,
quæ quam primum exceptione non dicam restringitur, sed
per contrariam actionem prorsus elisa, quod circumventus
illicito ultra dimidium precio contractum ex lege rescinden-
dum petat; si non è vestigio τὸ κατὰ νόμον viciatum transijt in
κατὰ νόμον jus huius actionis verius, certius, & æquius, quia
tamen generi per speciem derogatur, & in toto jure, dicente
Papiniano potissimum habetur id, quod ad speciem directū
est, certè actionis hæc, vel exceptionis contradictio Catholi-
cum regulæ officium pessundedit: ita, ut licet semper per se,
& reciprocè Catholicum non fuisset, præceptum tamen ex
arte juris nostri proscribendū, præstitucendū, ac proculcandū
nō fuerit. At at? quàm bellum artificium belluli canes in bello
subterfugio condunt? Ut enim sartum tectum ab omnibus
artium præceptis servetur, & ubiq; salvum persistat ampli-
ant, extendunt, aut dilatant prætoris edictum, & vel de-
posita pœna spondent, ubi omnes & singula exceptiones unā
cum regulis suis junctæ habeantur in arte pro veris axioma-
tis Catholicis, omnia perquam subtili ratione præcepta fore
Catholica; varicinante præsertim Coryphæo, quod ἀνομα-
λίας junctæ τῇ ἀναλογία suum κατὰ νόμον legitimum sit expletu-
ra; Canum degeneres caudam sub alium deflectunt: Cum
aperta vi non possunt, clandestinis, cuniculis tyrannidem
in artibus exercere pergant. Concederem equidem id fieri
posse, si regulis opponerentur ad unam omnes exceptiones re-
lativè, sine pugna, & ut in Dialecticis, subalterna; sed cum
pleræq; exceptiones repugnant regulis, adeoq; teste litis con-
testatione contradicant, ut in unum verum κατὰ νόμον coale-

Se' reg. de de-
mon. p. 444.

Vide Euerb.
Top ab exc.
ad reg.

ad l. 3 & 22.

lescere nequeant: si non judicarem esse μέγα λιάω hoc αἴτιμα,
si responsione dignum ducerem (ne respondens stultis secun-
dum stulticiam suam stultior habear) si non intelligerem
impositum impossibilitatis jugum, non essem gyrinā ranā
sapientior: quid ita? etiamsi regula contradicat exceptio,
τὸ καὶ ὅλ' & tamen regula manere intactum & incorruptum,
autor est Flacius, strenuus Peripateticorum satelles. Ego
verò si pro isto absurdo stabiliendo, vel Peripateticorum
principem producerent, cum Paulo Iureconsulto non quidem
contra istum, sed contra ipsos sentirem, non posse Catholicum
præceptum ex contradictoriis restare. Singulas? Singu-
las exceptiones, omnesq; fallentias, ut ajunt, tenere nos
jubent, quis regulas omnes, ne dum singulas regularum
exceptiones docuit, didicit? ne Argus quidem sexcentis o-
culis. Si à legum fortè laboribus, aut etiam compilatoribus,
non inartificiosis teste Cujacio, singulas omnium casuum ex-
ceptiones nominatim in legibus comprehensas affirmant, in-
experti sunt, & imperiti, si exprimi debuisse contendant,
importuni: si potuisse replicent, omniscij, qui dijsi tam Ca-
tholicam futurorum quoq; scientiam habent, cur supplici-
bus, discipulis futuris in se gratis, publicam aut suis saltem
in angulo captivis privatam tantæ veritatis, justitiæ & sa-
pientiæ lucem calant & laudem invident, sed Βαυνοπῶν ἐρ-
γῶν gloriæ tantæ aucupes vellicat Deorum illorum Satur-
nus, cum apertè significat, Veritatis contingentis judicis
um dici opinionem, quæ præteritorum & Præsentium
homini certa esse possit, futurorum per naturam non
admodū possit, quamvis Deo tempora omnia sint præ-
sentia, rectissimè sentiens tertio secundi artis suæ disserta-
toria. Quoties æquitas, naturalis ratio, aut dubitatio juris
suadet, ut ad singularem facti speciem singulare jus pronun-
cietur, & ex hoc jure regula fiat, novum hoc juris arbitri-

um justis pro necessitate decretis temperandum illi, si
 diis placet, providi seculorum imperatores, jam aut ampu-
 tarent, aut determinatum haberent; rarissimè imò nun-
 quam iidem frequentissimè similes recurrunt casus, ut re-
 bus in humanis simile non idem jus obtineat: Relinquant
 igitur officio iudicis nonnihil arbitrandum plurima quoque
 artium magistris disponenda, nec artifices nostros brutâ suâ
 jurisdictione prorsus inertes, incrimos & ineptos faciant. Et
 si in genere præcipit constitutio, ut ab omnibus imperio Ro-
 mano subjectis, observarentur leges civiles, præceptum hoc
 tamen, cum apud Methodicum viginti plus minus exceptione-
 nes, quas recensere hic supersedeo, patiat, novissimo Catho-
 lica dictatura jure, uti non xatò xavlos verù de veteror in
 mare Creticum protandū ventis: Adhuc cum Ethica quoq;
 officia, & multo diligentius humaniora, quam legitima, sint
 inter homines præstanda; sapientissimum quidem Imperato-
 rum rescriptum, non tamen reciprocū, eaq; de causa damna-
 tum stulticiæ; erasum codice ad Garamantas, ad Indos rele-
 gator, & nec privilegium dare cuiquam princeps poterit.
 Es xōgaxnos prius, pereat ante, & potius eludatur ambitio-
 sissimorum Gallici Pontificis Cardinalium canon iste suppo-
 sitivus. Ut esurienti cibus præbeatur, non esset hoc probum,
 & necessariū dietetica partis præscriptum, nisi xavti quoq;
 xavlos nemini non, etiā paroxysmo correptis & continuo sem-
 per exhibeatur, donec in fundo sera parsimonia; quid nō stul-
 titiæ designat sapientiæ lex? nisi etiam alij quam Plethorico
 vena secetur, non erit hoc sapiens, sed stultum Medici
 consilium: quia non fuisset reciprocum; sed ne quidem
 xatò xavlos verum, nisi perpetuò, continuè, & tam diu sece-
 tur, donec anima cum sanguine effluat: Quid enim tum?
 non egrotabit ulterius. Sapientiæ an stultæ, brocardiæ, an
 asinina, monstrosa, an ridicula prætoris edicta dicam?
 Nihil

arg. §. 6. inst.
 d. ber. qual.
 & differ. &
 arg. pr. Inst.
 d. l. Falc. &
 arg. §. 14.
 inst. d. ber.
 que ab int.
 & arg. §. 4.
 inst. d. bon.
 posse. & §.
 inst. d. actio.

Nihil minus, quam rationalia Logici cujusspiam entalmata forent, quibus velpuer vel ad colum anus salubriora cogitent; vel enim hac peritiâ, vel ille ingenio cacolycos doctores superent, ehem ἰδίας κακῶν καὶ δολικῶν! pariter Hippocratis aphorismi falsa forent, heterogenea, aut stulta Medica artis monumenta; Quamquam enim dicis causa generale monet is precepto, omnem coachimum esse purgandum: Quia tamen viribus fractus, paroxysmo tentus, vel in crisi constitutus purgari non solet, exceptiones patitur, ut non legale nec Catholicum neq, nisi fallibiliter quasi falso verum preceptum, foras, foras ex horto Pconio, foras ex Paradiso Medicorum universale inidoneum. Non lubet præciso tempore pluribus insanire, quando quidem satis ut opinor intellexistis, quibus cum larvis, nos ij qui aliter quam pro forma Catholicas in artium proprijs & prudentia & plurimis scientiarum quoq, præceptis, regulas requirunt, postulant, flagitant, conflictari velint, cupiant, optent, quantis ipsi cum impotentijs, quàm fædis somnijs, & miris intemperiebus luctentur, agitentur: Quàm incassum streperis fragilium, suarum legum armis aërem pulsent & diverberent. Si qua pistrinaria mancipia clitellas asini ferre libenter si præter decimas, quas è cultis trijugi juris fructibus perceperunt, relictum à Cooperarijs spicilegium in horrida artium seu collectionum suarum horrea convehere, comportare, aut colligere, si fætum ridiculum quo mons ipse parturierat, excludere tandem edere & exponere alicubi volent, quoniam nobis non licet μάταια γυμνασίου nec tam peritis aut felicibus esse, rectè facinus, si negotium eis omne committimus. Si tunc nostris inemundis pituitam naribus, allio & cepis detergebunt, si cariori Anticyrarum Helleboro nostros pellucere oculos facient; ut persuadeamus prætoris edicta fuisse
proposita

Scheg. de demonst. p. 438.

proposita, quæ non possint non obligare, nec debeant, non
 prestari, & jam ad amissim præstita somnient, haud tamen
 habebimus tam serviles in animo pilos, ut ab eorum obser-
 vatione ne latum unguem deflectere ausimus, quandoqui-
 dem non credimus, Carbonarium è regio solio impossibiles
 præstiti nobis Moisis aut Iovis tabulas detonuisse. Utinam
 vero serena sincere veritati fide faveamus, & rem uti est
 exacto solito & severo cum iudicio expendamus, pondere-
 mus & trutinemus, & ultrò citroq; renunciatis partium si-
 multatibus maturè deliberantes, quisq; opere in suo tracta-
 tas seriò cum studio leges tentaret, vanas exploraret, &
 exploderet; nunc quoq; plausum tolleremus, Encomium ca-
 neremus non huic, si quid veri habuit aliorum iudicio Phi-
 losophico contra legum istarum novatores, artium corruptores
 discursui, sed (quia non in musteacea gloriolâ quæro) Optimo
 maximo Deo pro devictis falsitate simul & inscitia, post
 triumphos tot Heroicis luminibus ductos, in hac officiosissi-
 mis discentium & docentium studijs celeberrima, non facilè
 ruinam, quæ est Adamantina Antistitum concordia, ex-
 pavescente, etiam nunc florente Academia, gratiasq; pre-
 cesq; diceremus Iulio sic præeunte Apolline, & Germania no-
 stra, Academiæ collaudante, earum decus prædicante.

Τί γ' ἐστὶν ἄλλο ἢ παρ' ἡμῶν καλεσμένη
 Ἀκαδημία; ἢ

Ἀκρόπολις σοφίας,

Ναὸς ἀληθείας,

Ἐπιστημῶν ἡσυχαστὴρ

Πασῶν ἐλευθερίων τεχνῶν πανήγυρις,

Σοφρωσύνης τε καὶ Φιλανθρωπίας παλαίστρα,

Φιλίας τε καὶ ἀνθρωπίνων ἀρετῶν ἐργαστήριον,

Πολιτικῶν ὀργάνων ὁμιλήτρια,

Ε

Παρά

Παράδεισος ὁ Ἰουδαίων τῆς ψυχῆς ἡδονῶν,
 Πηγὴ τῆ ἀπίστης τῆς Ἰπτι γῆς εὐδαιμονίας,
 Τέλ. ὁ δὲ καὶ ἡὼς πῆς τῆς κοινῆς πάντων
 Σωτηρίας προέδρομ. :

*Quam diu volet, velit eam diu clementissimus pater à tot
 incredibilibus Catholicorum omnium hostium insidijs de-
 fensam, & in aeternitate Academiam, ubi filium suum uni-
 genitum Salvatorem, Mediatorem, & Dominum nostrum
 IESUM CHRISTUM cum sanctis Patriarchis & ca-
 ris Patribus nostris & omnibus Angelis à facie ad faciem
 intuebimur; & dilucidissimū in S. sancto Doctorem perpe-
 tuò & continuò audiemus: completo civium numero
 tandem elevare, transferre & secum
 beatos servare.*

D I X I

E R R A T A.

B. colum. 2. lin. 25. demonstrabilium. lin. 26. tetegit. col.
 3. lin. 8. Pyrrhonorum. col. 4. lin. 8. forma. col. 5. lin. 8. errore.
 l. 9. arrogante. l. 14. sit. l. 15. spe fore. col. 6. l. 18. justè. col. 7. l. 24.
 propria. lin. 28. sacrosanctæ. C. col. 1. lin. 7. in margine. Sch.
 Dial. l. 9. c. 24. lin. 12. in marg. Philip. Dial. 3 p. 202. lin. 22. de
 simo. col. 2. l. 3. ἀντίστροφον. l. 23. ἀζιωμα. col. 5. lin. 15. pro καὶ lege
 aut. col. 7. δὲ. κώνοπα, τῶν. col. 7. lin. 32. Spartæ. col. 8. lin. 30.
 κρηνώτατα. D. col. 1. l. 14. conjectura. col. 4. l. 11. deposuerat. l. 18.
 depositarius. col. 5. in marg. lege l. 22. ff. de except. & l. 2. lin.
 33. in marg. lege. l. 17. D. de judic. col. 8. lin. 18. generali. lin.
 30. facimus.

U L P I A N.

Omnia in jure regula est periculosa, quia ex facto, quod varium est, jus illud natum est. *arg. §. inst. d. l. Aquil. & §. 9. d. injurijs.*

I V L I A N.

Nihil est tam indubitatum, quin ratione possit subverti: qui subtilitati studet, caveat à Sophistica.

EVERH. Top. à virt. fin. num. 7.

Non potest dari certa regula, sed secundum diversitatem casuum quandoque inspiciendum est initium, quandoque medium, & quandoque finis, quia quaecunque regula vel doctrina datur, semper impugnari poterit, quando quis vellet insistere & pertinaciter inhaerere.

ZASIVS 1. sing. Resp. cap. 6.

An universalis enunciatio universaliter intelligatur.

Ad
IANUM VECKENSTEDIUM
Sax.

JANE, genus Saxo: Jurum doctissime Leges,
Ut de te proles judicat Eunomies.

Tun' etiam Logicen? Atqui pro Juris alumno
Chrysophagus fatuos hanc crepat esse logos.
DEQUE OMNI, & PRO SE, quodq; hunc versum
impedit, UNI-

VERSALI-PRIMO, Philosophia arma moves?
JANE, move audacter. Logicos ubi viceris ho-
steis,

Clavior Harminio Saxone victor eris:
Et, quod ter clausit JANI Roma aurea templum,
Jam claudent quartum te duce PHILOSO-
PHI.

Frid. Taubmanus.

...pietibus . singularis imo celestis hominis filia





Gb 777. I

800

ULB Halle 3
001 618 563


Sb.

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

VDT

104


In splendoribus singularis imo celestis hominis filia



nomis sub tanta vniuersitate
solentur reuerentur de regione
guina. **H**odie cadet pulcherrima
filia populi sui & omni patris oblit
fama sancti spiritus micata sed igne
materiali consumata. **H**ierem cor dicit
ad fidem inclinaret sed iam int
pugnando deitros amplexus v
deat q respicit eius concupierat
in illa iunamur & filia audierat
quia celestis pater illa vt reuerret
in vocaret **S**ancto igitur narctio
in predicante factum ad mensam pa
tris redit. **E**t cum illum cui male
adherit deseruit. **E**t que centum ca
dos olei dno suo redere debuit.
Accepta cautione sacramentorum
scribit sibi quinque & promerit
esse illa **S**ic multi in retroactis era
ribus redire a suis errantibus. **S**ic ma
na magdalena sic mulier illa chana
naa **E**t per postquam negauerat
redit. **E**t paulus xpi voce pstrat
resipuit. **M**arthe a theloneo ipius
pris redit pcomio. **E**t sacheu lico

Cus qui hunc di
nati verbum transt
cruas ad eum missa
is voce coniecta:
mus: vt dicitur pati
in eius meramur
tant formam: qui bec
romam fieri precepit
is dominus noster
Hic martyr **offi**
cceptauerunt. **F**olla.
illa tuam quoniam
supplente p picius
que te impudice de
tary martyra ma
de locarumqz eius
saltequatur.
Donati martyr
Vna condicione





Inches
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

RSUS

adadii,
naturalium
os,
ων,
onibus idoneo
sum,
axiomatis, sed etiam pro
tis imperatum
ci artium dictatoris,
Professoris Regii,
a à ceteris
TATIS,
STIGIÆ,
IENTIÆ
ribus.
Dig.
a obligatio est.
ERGÆ
per Ioh. Gorman.
Is VII.



25

79

25